



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

5 Vtrum ira sit naturalior, quàm concupiscentia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

ad rationem mali. Est autem duplex differentia at-
 te ndenda circa hoc irae ad odium, & ad amorē, qua-
 rum prima est, q̄ ira semper respicit duo obiecta: a-
 mor verò, & odium quandoque respiciunt vnum
 obiectum tantum, sicut cum dicitur aliquis amare
 vinum, vel aliquid huiusmodi, aut etiam odire. Se-
 cunda est, quia vtrunque obiectorum, quod respi-
 cit amor, est bonum, vult enim amās bonum alicui
 tanquam sibi conuenienti. vtrunque verò horum,
 quae respicit odiū, habet rationem mali, vult enim
 odians, malum alicui, tanquam cuidā inconuenien-
 ti. Sed ira respicit vnū obiectum secundum rationē
 boni, s. vindictam, quam appetit: & aliud secundum
 rationem mali, s. hominem nocuum, de quo vult
 vindicari: & ideo est passio quodam modo compo-
 sita ex contrarijs passionibus. Et per hoc patet re-
 sponso ad obiecta.

ARTICVLVS III.

Vtrum ira sit in concupiscibili.

2. 2. q. 162.
 ar. 3. co. 8. 3.
 di. 6. q. 1. &
 2. co. 8. sc̄fu
 co. 3. fin.
 * li. 4. in fol.
 2. & 3. a. pri.
 libri.
 Aug. c. 37.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, q̄ ira
 sit in concupiscibili. Dicit enim Tullius in 4.
 de Tusculan. quaestio. * Quod ira est libido quaedā:
 sed libido est in concupiscibili: ergo & ira.

¶ 2 Præ. Aug. dicit in regula, † q̄ ira crescit in odiū.
 Et Tullius dicit in eodem libro, q̄ odium est ira in-
 ueterata: sed odium est in concupiscibili sicut amor.
 ergo ira est in concupiscibili.

¶ 3 Præ. Damasc. & Greg. Nyffe. † dicunt, q̄ ira com-
 ponitur ex tristitia & desiderio: sed vtrūque horum
 est in concupiscibili. ergo ira est in concupiscibili.

SED CONTRA. Vis concupiscibilis est alia ab ira-
 scibili. si igitur ira esset in concupiscibili, non domi-
 naretur ab ea vis irascibilis.

RESPON. Dicendum, q̄ sicut supra dictū est, *
 Passiones irascibilis in hoc differunt a passionibus
 concupiscibilis, q̄ obiecta passionum concupiscibi-
 lis sunt bonum, & malum absolute: obiecta autem
 passionum irascibilis sunt bonum, & malum cum
 quadam eleuatione & arduitate. Dictum est autē,
 quod ira respicit duo obiecta, s. vindictam, quam ap-
 petit, & eum, de quo vindictā quaerit. & circa vtrun-
 que quandam arduitate ira requirit: non. n. in sur-
 git motus irae nisi aliqua magnitudine circa vtrūq;
 existente. Quaecunque enim nihil sunt, aut modica
 valde, nullo modo digna aestimamus, vt dicit Philo-
 soph. in 2. Rhet. * vnde manifestum est, q̄ ira non est
 in concupiscibili, sed in irascibili.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ Tullius libi-
 dinem nominat appetitum cuiuscunque boni futu-
 ri, non habita discretionē ardui, vel non ardui: & se-
 cundum hoc ponit iram sub libidine, inquam est
 appetitus vindictae: sicut autem libido communis est
 ad irascibilem, & concupiscibilem.

AD SECVNDVM dicendum, quod ira dicitur
 crescere in odium, non quod eadem numero pas-
 sio, quae prius fuit ira, postmodum fiat odium per
 quandam inueterationem, sed per quandam casuali-
 tatem: ira enim per diuturnitatem causat odium.

AD TERTIVM dicendum, quod ira dicitur
 componi ex tristitia & desiderio, non sicut ex par-
 tibus, sed sicut ex causis. dictum est autem * supra,
 quod passiones concupiscibilis sunt causae passio-
 num irascibilis.

Dam. li. 2. c.
 16. Nyf. li. 4.
 c. 14.
 q. 23. ar. 7.
 ar. praec.
 c. 2. nō remo-
 te a pri. to.
 6.
 q. 25. ar. 7.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum ira sit cum ratione.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod
 ira non sit cum ratione. Ira enim cum sit pas-
 sio quaedam, est in appetitu sensitiuo: sed appetitus
 sensitiuus non sequitur rationis apprehensionem, sed
 sensitivae partis. ergo ira non est cum ratione.

¶ 2 Præ. Animalia bruta carent ratione, & tamen
 in eis inuenitur ira, ergo ira non est cum ratione.

¶ 3 Præ. Ebrietas ligat rationem, adiuuat autem ad
 iram. ergo ira non est cum ratione.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 7.
 Eth. * quod ira consequitur rationem aequaliter.

RESPON. dicendum, quod sicut supra dictum est,
 Ira est appetitus vindictae, hęc autem collationem
 importat pene infligende ad nocuum sibi illa-
 tum. unde in 7. Eth. dicit Philosoph. * quod syllogi-
 zans conferendo, quoniam oportet totaliter oppu-
 gnare, irascitur confestim: cōferre autē & syllogizare
 est rōnis. & ideo ira est quodammodo cum ratione.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod motus appe-
 titivae virtutis potest esse cum ratione dupliciter. V-
 no modo, cum ratione precipiente; & sic voluntas
 est cum ratione, unde & dicitur appetitus rationalis.
 Alio modo, cum ratione denuntiante: & sic ira est
 cum ratione. Dicit enim Philos. in li. De problemati-
 bus, * quod ira est cum ratione, non sicut precipie-
 te ratione, sed ut manifestante iniuriam. Appetitus
 enim sensitivus immediate rationi non obedit, sed
 mediante voluntate.

AD SECVNDVM dicendum, quod bruta animalia
 habent instinctum naturalem ex diuina ratione eis
 inditum, p̄ quē habent motus interiores, & extero-
 res similes motibus rationis, sicut supra dictum est. *

AD TERTIVM dicendum, q̄ sicut dī in 7. Ethic. *
 ira audit aequaliter rationem, sicut nuntiantē q̄ in-
 iuriam est ei, sed non perfecte audit, quia nō ob-
 seruat regulam rationis in rependēdo vindictā. Ad
 iram ergo requiritur aliquis actus rōnis, & additur
 impedimentum rōnis: unde Philosophus dicit in

li. de Problematicis, * quod illi qui sunt multum e-
 brii, tanquam nihili habentes de iudicio rōnis, non
 irascuntur: sed quando sunt parum ebrii, irascuntur
 tanquam habentes iudicium rationis, sed impeditū.

ARTICVLVS V.

Vtrum ira sit naturalior, quam concupiscentia.

¶ Super quæst. quadra-
 ge sima sexta articu-
 lum quin. um.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, q̄ ira non sit natu-
 ralior, quam concupiscentia. Pro-
 prium enim hominis dicitur, qd
 sit animal māsuētum natura, sed
 mansuetudo opponitur irae, ut di-
 cit Philo. in 2. Rhet. * ergo ira nō
 est naturalior quam concupiscen-
 tia, sed omnino uidetur esse cōtra
 hominis naturam.

¶ 2 Præ. Rō contra naturam di-
 uiditur. Ea. n. quae secundum rō-
 nem agunt, non dicimus secun-
 dum naturam agere, sed ira ē cū
 rōne, cōcupiscentia autē sine rō-
 ne, ut dicitur in 7. Ethic. * ergo cō-
 cupiscentia est naturalior, quā ira.

IN artic. 5. omisso
 3. & 4. in respon-
 sione ad 1. dubium
 Nouitiorum occur-
 rit. Quo pacto ratio
 sedat iram, inquam
 iratus non totaliter
 audit imperium ra-
 tionis. oppositum nō
 que apparet, dum ira
 tus non obediens ra-
 tionis, magis prote-
 gitur, ut experientia re-
 flatur.
 ¶ Ad hoc dicitur, pri-
 mo explanando sen-
 tentiam authoris, de-
 inde uerba. Intendit
 author q̄ quia ratio
 duplici actu referunt
 ad iram. s. nuntii & nō
 pra-

pra. repi. Et nunciam
tem quidem semper
se exhiberet, quia ip
sam iram respicit, a in
tiam lo causam uindi
ctae praecipere uero
non semper se exhibet,
quia moderamē
ira praecipit lo fac
eret, quod non sem
per accidit. Idcirco
rō est cā ira, inquan
tum nuntiat. Et est cā
miseria diuis, in qua
tum scipit mo lera
do. Et quia nuntiare
necessario concurrat
ad iram & temp. pē
pere aut nō, sō in cor
pore articuli ex quo
to Ethic. dicitur, qd hu
manus est punire qd
manietum ēē ex hac
ra dice uerificat. Ver
ba autem literae acci
pienda sunt specifica
tue, ita qd, inquan
tū iratus nō totaliter
audit imperium rōnis,
determinat cōdō
nem, secundum quā
ira subtrahibilis est
imperio rōnis, q. n.
opposita hēnt fieri
circa idem, secundum
eandē cōdōnem, ita
nata ē obedire & nō
obedire, moderamē
suscipere, & nō susci
pere sub imperio rō
nis, ac si dixisset, qd
ira inquantū subest
rōni nūtant, est ab
ea inquantum uerō
subest rōni moderat
ti, scilicet ab ea, ita qd
ratio ex illo actu sedat
iram, qui pot audiri
ab irato, ob cuius nō
auditionem de iratō
nō totaliter audire
imperium rationis.

¶ Præter. Ira est appetitus uin dicitur, concupiscētia autem maxime est appetitus delectabilium secū dū ta. tum, scilicet uerū, & uenerorū: hec autē n sunt magis naturalia homini, quam uin dicitur, ergo concupiscētia est naturalior, q ira.

SED CONTRA est, quod Phil. dicit in 7 Eth. quod ira est naturalior, quā concupiscētia.

RESPON. Dicendum, qd naturale dicitur illud, quod causatur a natura, ut patet in 2. Physic. vnde vtrum aliqua passio sit magis, uel minus naturalis, considerari non pot, nisi ex causa sua. Cā aut passiois, ut supra dictū est *, dupliciter accipi potest. Vno modo ex parte obiecti, alio modo ex parte subiecti. Si ergo consideretur causa ira, & concupiscētia ex parte obiecti, sic concupiscētia, & maxime ciborum & uenerorū, naturalior est quā ira, inquantum ista sunt magis naturalia q uindicta. Si autem consideretur causa ira ex parte subiecti, sic quodammodo ira est naturalior, & quodammodo concupiscētia. Potest enim natura alicuius hominis considerari uel secundum naturam generis, uel secundum naturam speciei, uel secundum complexionem propriam indiuidui. Si igitur consideretur natura generis, quæ est natura huius hominis, inquantum est animal, sic naturalior est concupiscētia, quā ira, quia ex ipsa natura communi habet homo quādam inclinationem ad appetendum ea quæ sunt seruatiua uitæ, uel secundum speciem, uel secundum indiuiduum. Si autem confi

A siderari potest & naturalis complexio ex parte corporis, quæ est temperata, & ipsa rō. Ex parte igitur complexiois corporalis naturaliter homo secundum suam speciem est non habens superexcellētiā neque iræ, neque alicuius alterius passionis propter temperantiam suæ complexionis. alia uerō animalia secundum quod recedunt ab hac qualitate complexionis, ad dispositionem alicuius complexionis extremæ, secundum hoc etiam naturaliter disponunt ad excessum alicuius passionis, ut leo, ad audaciam: canis, ad iram: lepus, ad timorē, & sic de aliis. Ex parte uerō rationis est naturale homini & irasci, & mansuetum esse, secundum quod ratio quodammodo tauat iram, inquantum nuntiat causam iræ, & quodammodo sedat iram, inquantum iratus non totaliter audit imperium rationis, ut supra dictum est.*

AD SECUNDVM dicendum, quod ipsa ratio patinet ad naturam hominis, unde ex hoc ipso, quod ira est cum ratione, sequitur quod secundum aliquem modum sit homini naturalis.

AD TERTIVM Dicendum, quod rō illa procedit de ira, & de concupiscētia ex parte obiecti.

ARTICVLVS VI.

Vtrum ira sit grauior quā odium

AD SEXTVM sic proceditur. Vt, quod ira sit grauior, q odium. Dicitur enim Prou. 28. qd ira non habet misericordiam, nec erumpens furor: odium autem quandoque habet misericordiā, ergo ira est grauior q odium.

¶ 2 Præter. Maius est pati malum, & de malo dolere, quā simpliciter pati, sed illi qui habet aliquem odio, sufficit quod ille, quē odit, patiat malum. irato autem non sufficit, sed quærit quod cognoscat illud, & de illo doleat, ut dicit Philosophus in 2. Rhet. * ergo ira est grauior quā odium.

¶ 3 Præter. Quanto ad constitutionem alicuius plura concurrunt, tanto uidetur esse stabilior: sicut habitus permanentior est, qui ex pluribus actibus causatur, sed ira causatur ex concursu plurium passionum, ut supra dictum est, * nō autē odium. ergo ira est stabilior, & grauior quā odium.

SED CONTRA est, quod Augustinus. * in regula, odium comparat iram uero festuca.

RESPONDEO. Dicendum, quod species passionis, & ratio ipsius ex obiecto pensatur. Est autem obiectum iræ, & odii idem subiecto, nam sicut odians appetit malum ei, quem odit, ita iratus ei, contra quem irascitur, sed non eadem ratione, sed odians appetit malum inimici, inquantum est malus, iratus autem appetit malum eius, contra quem irascitur, non inquantum est malum, sed inquantum habet quan

ar. 4. ad 3.

2. 2. q. 159. ar. 4. & mal. q. 12. ar. 5.

¶ Super quæst quadragesima sex. articulum sextum.

c. 4. nō remō ratiō. to. 6.

ar. i. huius q.

In regula 37. to. I.

¶ Ad hoc dicitur, qd hic est sermo de malo illi, sed formaliter, scilicet sub ratione mali, & in hoc differt odium ab ira quia

deremus naturam hominis ex parte speciei, scilicet, inquantum est rationalis, sic ira est magis naturalis homini, quā concupiscētia, inquantum ira est cum ratione magis quā concupiscētia. unde Philosophus dicit in quarto Ethicorum. * quod humanius est punire, quod pertinet ad iram, quā mansuetum esse: unumquodque enim naturaliter insurgit contra contraria & nociua. Si uero consideretur natura huius indiuidui secundum propriam complexionem, sic ira naturalior est quā concupiscētia, quia scilicet habitudinem naturalem ad irascendum, quæ est ex complexione, magis de facili sequitur ira, quā concupiscētia, uel aliqua alia passio. Est enim homo dispositus ad irascendum secundum quod habet cholericam complexionem. cholera autem inter alios humores citius mouetur. assimilatur enim igni. Et ideo magis est in promptu, ut ille qui est dispositus secundum naturalem complexionem ad iram, quod irascatur, quā de eo qui est dispositus ad concupiscendum, quod concupiscat. & propter hoc Philosophus dicit in septimo Ethicorum. * quod ira magis traducitur a parentibus in filios, quā concupiscētia.

AD PRIMVM ergo dicendum, in homine con